PLVTARCHI CHAERONEI DE VITANDA VSVRA LIBELLVS AVREVS, INTERPRETE BI/ LIBALDO PIRCHIMERIO PATRITIO NVREN/ BERGENSI AC CAE/ SAREO CONSI/ LIARIO.

BILIBALDVS PIRCHIMERIVS
Eruditissimo uiro Bernardo Adelmanio
Canonico Augustano. S. D.

Socratis est sentẽtia, uir clarissime, decere filios, quẽadmodum in substantia relicta, ita & in paterna succedere amicitia. Eam sepius reuoluens, ac mecũ reputans, quo amore optimũ quondam genitorem meum prosequutus fueris, nõ possum te quoq; non amare, obseruare, longeq; uel preciosissima re aliqua hæreditaria, chariorẽ æstimare. Igitur cũ nuper tanquã usurariæ prauitatis hostis acerrimus, efflagitasses ut Plutarchi cõmentarium de uitanda usura, ex Græca i Latinã uerterẽ linguã, quãuis id mihi, tot alioqui curis degrauato, cum ob authoris facundiam, tum sententiarum grauitatem difficillimũ uideretur, malui tamen parendo temeritatis crimen subire, quã negãdo ingratitudinis uitio accusari. Negotiũ itaq; aggressus, eodem & quidẽ perpetuo spiritu absolui, tametsi mihi ipsi minus, at saltem desiderio tuo satisfecisse uidear. Quis enim lympidum ac purum Græcæ eloquẽtiæ liquorem adeo feliciter in uas alterũ transfunderet, ut pristinam synceritatem retinere existimaretur? Cæteꝝ quo fato accidisse dicã, ut uno eodemq; tẽpore, tuo iussu, fœneratorum fraudes coram doctis refricare, Senatus uero Nurenbergensis amplissimi mãdato, latronũ scelera apud optimũ Imperatorẽ accusare cogerer? Atqui uidete ne personã Herculis, & Cothurnos infanti aptaueritis, cum mihi res tam arduas demandastis seu, ut re/

ctius dicam, flagitia tractãda cõmiseritis, uix discernē- da, utrũ illorum perniciosius, aut abhominabilius existat. Ille fraude & occulte nititur, hic ui & palam rem aggre ditur, ille uolentes tantũ subigit, hic & repugnãtes pro- sternit, ille sanguinem exugit, hic post cruorem uitam quoque adimit. Et o sęcula, o mores, ille ob usurariũ emo lumentum ignominia notatur. Hic uero propter furta, cædes, latrocinia, palã gloriatur, ac non solũ execrãdæ prauitatis cõplices, sed & receptatores, ac protectores quos minime decet, inuenit. Ah ĩfelix & misera Germa nia, quæ post abiectam feritatem, depositam barbariē, Christi receptã fidē, adeo in latrocinii exercitio perse- ueras, ut rapacitatem præter omniũ ius gentiũ, tanquã peculiare & insigne ornamentum, fortitudini attribuas. Quæ tamen abhominãda scelera, tu uir præstãtissime, nobili ortus sanguine, Homerici Vlyssis instar, ut ĩferni portas execraris. Sed omissis tandē inutilibus lamentis, Plutarchum nostrum, rem suam agentem, & longe acri ter usurariam perniciem detestantem, audiamus.

PLVTARCHI CHAERONEI COM- mentarius Quod non oporteat fœnerari, Bilibaldo Pirchimerio Patritio Nurenbergensi interprete.

P Lato in Legibus, aquam alienam uicinis hau rire nõ permittit, ni suis in fundis ad argillã usque terrã effoderint, regionemque aqua caren- tem ĩuenerint. Et.n. argilla naturã cum habeat densam ac pinguem, humiditatem conceptã sustinet, nec facile emittit. Eos enim aquam alienam tum demum auferre

Platonis ... aquam alienam uicinis haurire permittat.

decet, cũ propriã possidere haud ualent. Indigentiæ.n. legem fauere æquum est. Proinde ostensum est in re pecuniaria quoq; legem esse, quæ inhibeat homines sub usura mutuari, ad alienosq; accedere puteos, ni antea domi exactissime substãtiam eorum scrutati fuerint, ac tanquam ex prato florido collegerint, quid eis utile, quidue necessarium existat. Nũc autem delitiis, ac mollitie, seu prodigalitate diffluentes, minus recte iis quæ possident fruuntur, sed ab aliis ut plurimum quibus nõ indigent, mutuo sumunt. Cuius rei manifestum est indicium, q ob indigentiam non fœnerantur, sed ita demũ cum rem opulentam aliquã comparare uolunt. Ideoq; testes adhibent, ac cautionem præstant, ne quis credat eos necessitate coactos, fœnebrem sumere pecuniam. Et quid numularium, seu negotiatorem ambis, cum ex proprio peculio mutuari queas? Pocula habes, parop si/des argenteas, pelues? subiicias hæc necessitati. At mensam, amoena Aulis, uel Tenedos figulinis instruet uascu lis, argenteis longe mundioribus, neq; molestum; ac graue m usuræ odorem olentibus, quæ tanquam rubigo quotidie sumptuositatẽ defœdat. Insuper haud Neo/meniæ Calendarumue recordaberis, qui dies etsi sacra/tissimi existant, nefasti tamen ac execrandi ab usurariis redduntur. Nam pignora illis præstita, nec Iupiter ipse saluare posset. Atqui uendere, pretiumq; sumere erubescunt, de rebus uero propriis usuram persoluere nõ ue/recundantur. Cæterum Pericles ille, deæ ornatũ qua/draginta auri puri talentis distrahere haud turpe duxit, quoniam ut aiebat, illo in belli usum cõsumpto, rursus

subiicias hæc necessitati

non deterioré reddere poſſet. Proinde nos quoqȝ, tan-
quã in obſidionis neceſſitate, fœneratoris hoſtilis præ-
ſidium minime recipiamus, ne cernere cogamur cũcta
noſtra in ſeruitutem rapi, ſed menſæ, cubilis, ſupellecti
lis, ac diætæ ſuperflua abſcindamus, noſqȝ liberos ſer-
uemus, ut cũ pinguior fortuna aſpirauerit, nobis rurſus
ea reſtituere ualeamus. Equidem Romanorum uxores,
Pythio Apollini muliebrem mundũ primitias dono
dederũt, unde aureus crater Delphos miſſus eſt. Cartha
ginenſium quoqȝ mulieres capita raſerũt, ac capillos in
machinarum, ac inſtrumentorum uſum, pro patria im-
pendere non dubitauerunt. Nos uero opulentiæ uere-
cundia, pactis ac pignoribus fœneratoribus turpiter ſer
uire ſuſtinemus. Idcirco decens utilitate compẽſantes,
ex inutilium ac ſuperuacuarũ rerum abſciſione ſeu uen-
ditione, libertatis templum nobis ipſis, liberis, ac uxori-
bus ædificare conemur. Siquidem in Epheſo Diana
obæratis, cum in illius cõfugerint templum, aſylum ac
ſecuritatem a fœneratoribus præſtat. at frugalitatis aſy
lum, & inaceſſibile quidẽ, ubiqȝ modeſtis patet, regio-
nem latam, ac multi otii, hilarem & idoneam præbens.
Quemadmodũ enim Medico in bello, ligneum murũ,
deũ Athenienſibus donare Pythia reſpondit, illiqȝ di-
miſſa regione ac ciuitate, poſſeſſioneſqȝ ac domos ne-
gligentes, ad naues ob libertatem cõfugerunt. Ita & no
bis Deus ligneã tribuit menſam, peluim figulinã, ueſti-
tum frugalẽ, ſi ſaltẽ in libertate uiuere uelimus. Porro
Si phaleratus equus deſit tibi frena remordens,
Et currus uelox, auro decoratus & oſtro,

cum pinguior fortuna aspirauerit

Carthaginensium mulieres capilli in machinarum usum impenderunt.

asino fortuito, aut ca: ballo [illegible]

[illegible] ab usurariis

Solon prohibuit, ne [illegible] [illegible] [illegible] pignori darent.

Cæteraq; id genus, quæ uelociter fœneratores inuadũt
ac diripiũt, at asino fortuito, aut caballo quopiam insi
dens, hostilẽ ac tyrãnicũ fuge Danistã, nõ ignẽ ac aquã
instar Medi exigentẽ, sed libertatẽ ĩuadentẽ, mulctãq;
inscribẽtem, & cũ nõ reddis cõuiciantẽ, sin uero offers
haud accipientẽ, ubi uero uendis, uili pretio licitantẽ, q
si nõ uendis cogentẽ, & cũ iure contenderis obuiã eun
tem, si uero subterfugeris impellentẽ, & cũ ad fores ac/
cesseris excludentẽ, ubi uero domi manseris infectantẽ,
ac ostiũ pulsantem. Sapienter igitur apud Athenienses
Solon prohibuit, ne corpora pro debitis pignori darēn
tur, ne tãdem oẽs in seruitutẽ redigerent. Esset sane gra
uissimũ, seruire tã iniquis, barbaris, ac agrestibus seruis,
quales Plato ait, ignitos ac pœnaꝝ exactores, ĩprobroꝝ
animas apud inferos torquere. Etenim illi quoq; forũ,
impioꝝ sedes debitoribus miseris esse demõstrãt, uul/
turũ instar eos deuorãtes, ac laniantes, imisq; uisceribus
rostrum condentes. cæteris autem uelut Tantalo insistẽ
tes, eos ne ex propriis quid gustare, seu tangere ualeant,
arcent. Proinde quemadmodũ Darius Datem & Arta
phernem cathenis ac uinculis instructos, quibus cũ ca/
ptiui alligarentur, Athenas misit, ita illi uasa chirogra/
phis & obligationibus plena, tanquã laqueos in Græciã
inferentes, ciuitates miseras transcurrunt, implicant ac
expilant, non ut Triptolemus domesticum fructum se/
minantes, sed debitorum radices admodũ laboriosas,
fœnebres, & ineuitabiles plantantes, quæ in gyrũ pullu
lantes, ac germinantes, ciuitates suffocent & euertant.
Porro lepores simul parere, in utero gestare, & concipe

re ferunt, at mastigiarum illorum, ac barbarorum usura, antequã cõceperit, parit. Dantes etenim confestim repetunt, & ponentes tollũt, ex eoq; fœnerãt, quod antea pro uorsura extorserunt. Et ut est apud Misenios in prouerbio,

Est Pylus ante Pylum, sequitur Pylus altera tandem,
Ita & de fœneratoribus dici potest,
Vsuram fugat usura, usura altera restat.

Quid q naturalia quoq; deridẽt, quæ asserũt ex nihilo nil gigni posse, quandoquidẽ apud illos ex eo quod nõ est, neq; unquã fuit, usura generat. Proinde publicanos agere turpe ducũt, quãuis lege pmittẽte, ipsi uero pter legẽ publicanos agentes fœnerantur, seu ut uerius dicã, fœnerando debita cõpilant. Qui.n. plusquã expensum est, scribit, debitum cõpilare recte dici potest. Equidẽ Persæ secundum arbitrant delictum mentiri, primum uero debitorẽ esse, quandoquidem qui debent, ut plurimum mẽtiri cogunt. At longe plus fœneratores in suis Ephimeridibus nugantur ac imponunt, scribentes misero illi tantũ mutuasse, cũ tamen multo minus acceperit. Siquidẽ mendaciũ, causa lucri non necessitate, neq; ob indigentiã ab illis fieri solet, sed pter insatiabilitatem. Quæ tamẽ ĩ fine ipsis ĩfructuosa, ac inutilis existit, pniciosa uero miseris & iniuria affectis: minime etenim agros quos debitoribus abstulerunt, colũt, neq; domos ex quibus illos eiecere inhabitant, nec mẽsas apponũt, nec uestibus illorum ĩduunt, sed primo debitores pdunt, inde delusos uenant. Pascunt.n. tanquã ignis furens, ac assidue auctus, pnicie, ac uastitate infeliciter pereuntiũ, ex alio aliũ cõsumentes. Quinimo & si uorsura sua ignẽ

assidue nutriāt, illūq; sufflādo accēdant, minime tamē plus habēt, præter id solū, q̄ succedēti tempore cognoscere possunt, quot debitores pessum dedere, quot bonis spoliauere, unde extorserint, quoue congregatum & cumulatum collocauerint argentum. Et hæc haud existimate me tanquā fœneratorum hostem enarrare,

Nanq; meos nec equos mihi, nec rapuere iuuencos,

Sed ut ostenderē illis, qui adeo parati sunt fœnebrē sumere pecuniā, quantū illiberalitatis ac turpitudinis, res ea in se cōtineat, quodq; usuræ succūbere, extremæ sit dementiæ ac mollitiei. Habes? Ne fœnereris, quoniam non indiges. Non habes? Ne fœnereris, quoniā satisfacere haud poteris. Ita utraq; per se diligenter cōsideremus. Fert̃ Cato ad senē quendā īprobū dixisse, Cur homo senectuti tot malis ac īcōmodis degrauatæ, scelerisq; quoq; turpitudinē īponis? Pariter & tu, paupertati cui tot adsunt mala, ærūnas quæ ex usuris & debitis ortū habere solent, ne accumula, neue paupertati securitatē aufer, qua solū a diuitiis differre uidet̃. Est n. Adagiū facetū, Capram gestare nō ualeo, bouem tamē superimponere laboro. Paupertatē ferre nō potes, & tamē longe grauius tibiipsi onus, fœneratorē. s. imponis, etiā diuitibus intolerabile. Quo pacto igit̃ effugiā? inquis. Rogas? cū manus habeas, pedes habeas, uocem habeas, homo existas, cui peculiare est amare ac amari, gratificari ac gratiā recipere, literas doce, pueros instrue, ianitoris officio fungere, nauiga, renauiga. nihil horum adeo turpe, nihilue tam molestum, quā audire, redde. Rutilius ille, Romæ aliquando Musonium cū conuenisset, Musoni, inquit,

Habes? non indiges; non habes? satisfacere non poteris; ergo ne fœneveris

Cato ad senem improbum

Adag: capram gestare no valeo, bouem tamen superimponere laboro.

Iupiter seruator, quem tu imitaris ac sequeris, nunquid foeneratur? Et Musonius subridēs, nec foenerat quidem respondit. Rutilius etenim cū ipse foeneraret, illi ꝙ foeneraretur, improperabat. Quam Stoicalis petulans haec dementia. Cur.n. Ioué seruatorem e coelo detrahere necesse est, ac rebus cōparare manifestis, cū nec hirundines, nec formicae foenerent, quibus natura neq; manus, nec sermoné, nec artem tribuit? Solent homines intellectus abundantia ac solertia, equos, canes, perdices, lepores, graculos īstruere, Cur igit teipsum nō excitas? indocilior graculis existens, raucior perdice, ingenerosior cane. Nam si a nullo homine iuueris, orando tamen, delectando, ac custodiendo emergere potes. Nonne cernis quéadmodū multa subministret terra, multaq; Pōtus. Proinde Mycillū aspice, Crates inquit, lanam cū uxore uerberanté, ac cōmuni pugna famē fugienté. Rex Antigonus cū aliquando Cleanthé Athenis cōspexisset, ita interrogare coepit, Molis adhuc Cleāthes? Cui ille, Molo, inquit, Rex, idq; uitae sustentandae gratia facio. Erat sola uiri cura, ne a philosophia desistere cogeret, ideo manibus quas pistrino ac molae locauerat, de Astris, Sole, Luna, ac Deis scribebat. Nobis uero seruilia haec uidētur opera. nūquid igit ut liberi simus foeneramur, uilibusq; adulamur hominibus, stipamus, cibamus, dona ac tributa persoluimus? Atqui nō ob pauptaté usura praestari solet, nemo.n. inopi foenerat, sed ꝑpter sumptuositatem. nam si uitae necessariis cōtenti essemus, minime usurariorum genus pessimum inueniretur, quemadmodū nec Cētauri, nec Gorgones. At delitiae foeneratores

fecerunt, non secus ac aurifices, unguentarios, ac tincto-res. Haud enim uini ac panis gratia usurā debemus, sed ob fundos, mancipia, iumenta, triclinia, ac mensas, libe-raliterq; expendentes ac dilapidātes, gloriam sterilem ac ingratā quærimus. Etenim qui semel in fœneratorū incidunt uoraginem, semper debitores remanēt, alium ex alio, tanquā equus frenatus, ascensorem suscipientes. Cæterum refugium nullum ad pascua illa & prata pa-tet, sed tanquam fatis acti, & cœliuagi illi Empedoclis dæmones, miseri errant.

Impellit Aether nanq; eos in Pontum atrum.
Pontus subhinc in continentemq; proiicit,
Tellus eos rursus agit Solem in rapidum,
Hic Aetheris dehinc implicat uertigini.

Alium uero ex alio suscipit fœnerator uel institor Co-rinthius, inde Patrensis, postea Atheniensis, quoad tan-dem ab omnibus exēteratus, penitus ī usuras dissoluatur & religatur. Quemadmodum enim eum qui in lutum ceciderit, uel assurgere, uel ita permanere oportet, ne si madido ac humido corpore se circūagat seu uolutet, maiori inquinatione defœdetur, ita in trāscriptionibus & mutui permutationibus, qui usuræ se immergunt ac irretiunt, semp grauiores fiunt, nilq; a cholericis distāt, qui contempta cura, ac medici neglecto p̄cepto, tantū assidue humoris colligunt, ut ab infirmitate tandem liberari ualeant minime. Pariter & illi purgari haud su-stinent, sed semper ac omni anni tempore cum dolore ac torsione usurā offerentes, confestim usura altera af-fluente ac instante, iterum nauseant & grauantur. Quo

pacto.n.decenti remoto, liberi, synceriue euadere pos-sunt? Nunc uero ad opulentiores & molliores sermonẽ conuertam, dicẽtes, At seruis, late, ac domo carebimus. Veluti si æger tumefactus ad medicum diceret, si aquã bibero, extenuabor ac macrescam. Sed cur id facere re-cusas, dummodo sanitatem adipiscaris? Et tu quoq; ser-uis careas, ut non seruus fias, sisq; possessionis expers, ne alterius possessio efficiaris. Vulturum p̃terea sermonem audi, Nam altero uomente, & dicente se uiscera eiicere, alter respondit, nunquid id graue? non.n.propria, sed mortui quẽ nup dilaniauimus, uiscera euomis. Pariter & debitores fundos suos ac domos ꝓprias haud uendũt, sed fœneratoris quem iuxta legẽ, dñm sibi cõstituerũt. Atqui per Iouẽ, dicet quispiã, pater hunc agrum mihi dereliquit. Nimirũ & libertatẽ quoq;, ac ingenuitatem pater tibi tribuit, quarum longe rationem maiorem te habere decet. Nã & manus tibi & pedes qui te genuit, fecit, at cum marcent, etiã merces illi qui amputat, per-soluitur. Porro Calypso Vlyssem uestem induit odori-feram, ab immortali corpore redolẽtem, donũ & me-moriam amicitiæ illius. at postquã euersa naui, udo & graui indumento in profundum traheretur, illam exuit ac abiecit, nudoq; pectore tigno ĩnixus, in terrã nando euasit, periculo uero liberatus, nec uictu nec uestitu ca-ruit. Atqui nonne tempestas apud debitores oritur, cum fœnerator elapso tempore instat, dicens, Redde, quasi diceret,

Condensat nubes, Pontum quoq; turbat ab imo,
Cumq; Euro incubuit Zephyrusq; Notusq; furentes,

Vsuris usuras impellētibus. At ille aspera dephensus tē-
pestate, tam grauiter spirātibus resistere conat̄ flatibus,
cū uero enatare uel effugere haud potest, simul cū ami
cis ac fideiussoribus dispares, ī profundū mergit̄. Pro-
inde Crates ille Thebanus, quāuis nullo ære alieno ob-
strictus, a nemine ue molestatus, ob curas tamē solū do
mesticas, molestiasq; familiares, substantiam octo reli-
quit talentoꝝ, sumptoq; baculo ac pera, ī philosophiā
ac paupertatē confugit. Anaxagoras quoq; nō infertili
se abdicauit fundo. Sed quid illos enarrare necesse est?
Siquidē Philoxenus Melopœus uitā ac domū opulen
tissimā ī colonia Sicula, hæreditate nactus, cū delitias,
uoluptates, ac īdigenā cōsiderasset elegantiā, per deos
inquit, bona hæc haud me perdent, sed ego illa, aliisq;
hæreditate relicta, enauigauit. At debitores quāuis ære
alieno quotidie degrauentur, tributum persoluant, ser-
uituti subiaceant, ac argēto emungantur, sustinēt tamē
ac tolerant, tanquā Phineus, Harpyias illas pennatas pa
scentes, quæ assidue uictum diripiunt ac auferunt, non
hora debita, sed ante uernum tempus frumētum emen
tes, ac priusquam oliua decidat, oleū ac uinū colligen-
tes, tanti inquit recepi, & scriben do pretium persoluit.
At racemus adhuc firmiter pendet, uixq; sub arcturi sy-
dere, uindemia demum peragitur.

FINIS.